

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 3. Quo tempore ac loco, & à quo Episcopo Ordines conferti debeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

cat. Quod
tri commode poterit, hujusmodi functiones restituant; eaf-
c. Ordina-
ne exercentibus ex simplicibus Beneficiis aut Fabricâ Eccles-
ia, si provenient superpetant, stipendia assignent. ibid. c. 17.
21. c. 1.
i non po-
cessario-
ciens ver-
i non po-
dem.
clefis in
uis fung-
23. c. 16.
nt, eis
t habem-
i, ac lim-
olle cono-
Ordines
videant
am Regi-
civilegat
Ordinatio-
annum in
Popula-
pietate et
iebus Do-
em tecum
tiones Sa-
eus repre-
Episcopu-
alias do-
ur, obri-
bid. c. 16.
niu per-
quaque
fici

tri commode poterit, hujusmodi functiones restituant; eaf-
ne exercentibus ex simplicibus Beneficiis aut Fabricâ Eccles-
ia, si provenient superpetant, stipendia assignent. ibid. c. 17.
XV. Ministeria Minorum, si Cœlibes desint, obire pos-
int Clerici conjugati, modò non sint bigami, & tonsuram ac
habitum gestent. ibidem.

§. III.

Quo tempore ac loco, & à quo Episcopo Ordini-
nes conferri debeant.

I. Ordinationes statutis temporibus in Cathedrali Eg-
lesia vocatis, præsentibusque Canonicis publicè fiant. Sess.
13. cap. 8.

II. Si autem alibi, præsente Clero loci dignior Eccle-
sa, quantum fieri poterit, audeatur. ibidem.

III. Episcopus autem viris peritis sibi adscitis, eorum
genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam
suum examinet. ibid. Regulares quoque sine præceden-
tia examine non ordinet, privilegiis omnino exclusus. ibid.
cap. 12.

IV. Episcopi per se ipsos ordinent. Si ægri sint, subdi-
cos non aliter, quam probatos, examinatos, ad alium Epi-
copum dimittant. ibidem.

V. Ordinum collatores, corùmque ministri pro Ordini-
num & Tonsuræ collatione, item pro dimissoriis aut testi-
monialibus, vel pro sigillo, etiam sponte oblatum nihil ac-
cipiant, Sess. 21. c. 1.

VI. Notariis verò (ubi non viget laudabilis consuetu-
do nihil accipendi) alio salario destitutis pro litteris dimis-
soriis & testimonialibus decimam tantum aurei parte acci-
pere liceat, Contrariis taxis, statutis, consuetudinibus qui-
davis cessatis. ibidem.

VII. Unusquisque à suo proprio Episcopo ordinetur.

VIII. Petens promoveri ab alio, non ordinetur, nisi Or-
dinarii sui testimonio commendetur. Si secus fiat, ordinans
collatione Ordinum per annum, & ordinatus ab eorum ex-
ecutione ad arbitrium Ordinarii sit suspensus. ibidem.

IX. Epi-

IX. Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commorata & Episcopus ordinans in sua Diœcesi resideat. Sess. 14. c. 11.

X. Episcopus quoscunque suos Clericos præterim sacris Constitutos, sine suo examinæ, litteris, & auctoritate promotos, quos minus idoneos repererit, ad tempus possunt suspendere ab Ordinum exercitio. Sess. 14. c. 3.

XI. Nec Abbates, nec alii exempti, aut collegia, Capitula litteras dimissorias Clericis sacerularibus concedant, sed Episcopi, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibusvis. Sess. 23. c. 10.

XII. Capitula sede vacante, infra annum à die vacantis, dimissorias alicui, qui beneficii recepti vel recipiendi casione arctatus non fuerit, ne concedant, alias subjaceant, terdicto, & sic ordinati in minoribus nullo privilegio clericali gaudant, in majoribus vero ab exercitio Ordinum ipso jure suspensi. Sess. 7. c. 10.

XIII. Hæc pena exenditur ad eos, qui easdem litteras ab aliis quibusvis in jurisdictione Episcopi loco Capitula vacante succendentibus obtinent; Concedentes autem exercitio per annum sint ipso jure suspensi. Sess. 23. c. 10.

XIV. Nullus Episcopus Pontificalia in aliena Diœcese exerceat, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in Personas eidem Ordinario subjectas tantum. Sess. 6. c. 5.

XV. Si fecus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint per jure suspensi. ibidem.

XVI. Episcopi titulares neminem etiam prætextu miliaritatis, continuae commensalitatis suæ ab illo sui proprii Prælati expresso consenfu aut dimissoriis ad aliquem ordinem vel primam tonsuram promovere valent. Sess. 1. c. 2. Contra faciens à Pontificalibus per annum, promoverò ab Ordinibus ad arbitrium sui Prælati sint ipso jure suspensi. ibidem.

XVII. Abbatibus & aliis quibusvis, quantumvis exceptis non liceat intra fines alicujus Diœcesis, et si nullius Diœcesis esse dicantur, cuiquam, qui Regularibus sibi subditi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre. Sess. 1. cap. 10.